



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Congregatio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

\* Syl. num. 2. §. 5. Fum. num. 7. l.c.

18 Vſufructuarius non potest rem locare vlt  
tra tempus vitæ ſuæ.

19 Prohibitus rem obligare, potest in breue  
tempus locare.

20 Cui conēfia eſt domus habitatio, potest  
eam alteri locare, ſecundūm quosdam, quod  
ego non puto in totum verū, niſi ſit vſufru  
ctuarius Vide Domus.

\* Vide Syl. num. 2. §. 5. l.c.

21 Si ſine conuentione de pretio, conduxiſti  
ſolitum operas locare, debes ei ſoluere quan  
tum talibus dari ſolet.

\* Syl. Familianu. 6. Fum. eod. 9.

22 Alienum torquem locans, non tenetur  
preium reſtituere, ſi eius dominus non fuerat  
locaturus. Quidam tamen dicunt teneri, fal  
tem in quantum factus eſt locupletior, quod  
videtur probabile.

\* Vide Mol. d. 310. Garziam c. 40. num. 8. Lopez  
lib. 2. c. 20. in fī. Nau. c. 17. num. 216. de pignore  
frugifero loquentes.

23 Conductio rei ſpiritualis ipſo iure eſt nul  
la, vt & venditio.

\* Vide Tol. l.c. num. 5.

Congregatio, vide Collegium,  
Reſpublica.

**C**ongregationes piæ, fodalitates, ſeu  
confraternitatis non poſſunt fieri ſine  
aucto-

auctoritate Episcopi, qui & habet ius eas visitandi.

2 Congregatorum collegialiter praeualeat sententia maioris partis, nisi Papa praesideat.

*Confessio, vide Casus reseruatus, Contritio, Eucharistia.*

1 Confessionis precepto non satisfacit, qui non est dispositus ad absolutionem validè accipiendam. Quanquam etiam qui serio, licet non integrè confitetur, Ecclesiae poenias euadat; ut quidam probabiliter afferunt.

\* Ait autem ex c. omnis utriusque. Sot. d. 18. q. ar. 3. concl. 6. Azor. l. 7. c. 40. Ioann. Med. q. 20. de confess. in sin.

Negantur Nauar. §. diligens de pœn. d. 6. num. 22. citant Adrian. 4. de confess. dub. 4. Vist. n. 163. verum Nauar. placuit ead. d. num. 183. priorem sequitur & Vinal. de confess. n. 81. contra Syl. confess. 4. numer. 3. Cord. q. 15. Lopez. 1. p. c. 11. vide citatos Euch. 25.

2 Potest differri Confessio ultra tempus precepti, de sententia Confessoris, aut ex iusta aliqua causa.

\* Ex c. omnis utriusque.

3 Et si communis opinio sit teneri ad Confessionem annuam, qui habet usum rationis, scilicet cum pudet malefacti; tamen Ecclesia non videtur obligare ante pubertatem, ad poenas non conscientibus impositas.

D. 4

\* Nauar.